

Ut notum postquam fuerit quod poscitis ipsi
 Hoc cōplere queam, quod gestit nostra volūtas,
 Quatenus esse boni semper valeamus amici.
 Consul ait: focius scriptor quoque longius absit.
 Ibimus, & nostros trutinantes pectore sensus
 Ambo notis dabimus quodcūq; decebit utrūque.
 Mox efferre rates, & in ordine ducere remos
 Præcepit nautis, validasque ferire procellas,
 Sicut aves quas penna levis portare per auras
 Concessa levitate solet, sic accelerantes
 Ad reliquas certant geminæ remeare carinas.
 Quas postquam pelagi solitus labor egit in unū,
 Intravere tuos tutos Capraria portus,
 Inque Polentinos lux evehit altera fines
 Heroēs Latios: vallis didicere coloni,
 Qui fugiendo suas spoliarunt victibus ædes
 Linquentes vacuum gregibus pascētibus arvom.
 Hinc Latios juvenes invicta Minorica quamvis
 Suscepit; prædam sparsi per rura gerebant.
 Hos contra veniunt equitum peditumq; catervæ
 Inque fugam versos ad naves usque regirant,
 Et mittunt lapides in eos densasque sagittas,
 Quos neque permittunt portu remanere quietos.
 Defuit eica viris Latiis, pastumque dederunt
 Hæc, quas rus habuit, vulgæ radicibus herbæ.
 Utque ~~lancem~~ nequeunt heroes ferre marini,
 Dimittunt paleas, statuuntque redire Pyrenem.
 Nam suspectus erat de prodicione tyrannus,
 Quare mens ad eum redeundi nulla manebat.
 Æolus interea dirum de carcere, ventum
 Solvit, & immittit nomen fuit Africus illi,
 Albentes faciens has quas crispaverat undas,
 Intumuitq; fretum, turbaverat aura profundum,
 Divisitque duas tempestas ipsa galæas.
 Quassata in toto flexerunt agmina campo.
 Ascendit Petrus, Nucleus extitit isti
 Filius Alberti: fuit Ugo præditus illi,
 Qui mare-manducans vulgo fuerat vocitatus,
 Cujus præsculptum gestabat prora draconem.
 Portibus ast alias fulceperat insula puppes.
 Tempus ut admonuit venti residente furore
 Pertentant iterum vitreas fulcare procellas;
 Jam transire fretum communia vota manebant.
 Postquam orta dies illos ad litora duxit,
 Narrantes casus, tantique pericla laboris
 Nuntia victrices mittunt felicia Pise,
 Quæ cursu proprio binæ duxere galææ,
 Tripudiare quibus lætæ cœpere phalanges,
 Unam, ni fallor, tecum Mascelline gubernat
 Confocius Guido, qui presbyter est vocitatus.
 Rexerat ast aliam laudati cura Baronis.
 Ad Catalanenses postquam ratis utraque ripas
 Venerat, & belli narrantur utrimque paratus,
 Venturosque citò socios dixere lituræ,
 Romana missus venit legatus ab urbe
 Boso pater sancta reverendus religione,
 Et Domino Papæ virtutum culmine charus.
 Tunc & Apostolici postquam benedictio cunctis
 Dicta fuit populis, tendunt ad sidera palmas,
 Et Dominum cœli pleno cum pectore laudant,
 Ut dignetur eis tantum salvare Magistrum
 Militiæ, per quem benedictio cœlica fertur,
 Ac conjungit eis socios sancti famulatus.
 Non aliis votis patres populusque Quiritum
 Aspexere suos civilia jura ferentes,
 Lata decem tabulis cum sunt primodia legis.
 Frigoribus lapsis redeunt ad læta caloris
 Tempora, lene fretum placida distringitur aura,
 Et validæ classis pars Arni ducta per undas
 Advehitur, properos transcurrēs nimbus in Austros
 Atque resistentes superans cum fluctibus auras.
 Urbs igitur Januæ celeres mirata paratus
 Livida demisso spectabat carbasa vultu.

Tom. VI.

Massiliæ tandem levibus comitantibus auris
 Intravere sinus, missæ post terga Lirino
 Bis quadraginta fulcantes æquora proræ.
 Jam quas præcipientes Rhodæ vehit impetus undas
 Scandere festinat multo cum robore classis.
 Divitiis Arelas pollens hanc sumptibus implet
 Usq; Magalonam rapidus quam protulit Eurus.
 Æolus Boreas tandem procedit ab antris,
 Et famulatur ei totus cum nubibus aer.
 Arripit unda rates, ventoque ferente secundo
 In Catalanensi consistunt litore puppes.
 Fratrī frater habet positos in colla lacertos,
 Amplexuque dato, dans oscula juncta vicissim,
 Quid chari faciant vitæ solatia querit.
 Gaudia non fuerant matronis tanta Sabine
 Cū præcesserunt coram genitoribus olim
 Natos Romulea gestantes gente creatos,
 Vota patrum natos quanta pietate tenebant,
 Et nati quantum placidos strinxere parentes,
 Et quantum fratrum tenuerunt colla lacerti.
 Visibus Alphæi carorum lætificati
 Ducere robusto cœperunt gaudia motu.
 Cūque suo cursu Majus vel Junius essent,
 Ecce Dodo Consul castris accessit & Atho,
 Quos cum tripudio cunctæ videre cohortes:
 Sedis Apostolicæ missas à patre salutes
 Constanti tum voce ferunt, seriemque laborum,
 Quæ tardi veniant dicunt, ex ordine causas,
 Tum centum tenuere patres, papalia jussa
 Boso pater peragens, præcepit ab omnipotentis
 Invictique Dei, qui condidit omnia, parte,
 Præque pii Petri sacrosanctos famulatus,
 Et Domini Papæ Paschalis in Urbe Secundi,
 Ut Christi famulos, per quos pia signa tulerunt,
 Quos Baptisma facit Domini quoque regula
 fratres,
 Eruat à sævis fratrum pia cura catenis.
 Talia cunctorum cœtus turmæque probantes
 Intravere rates pelagum fulcare paratæ,
 Quas tūc quingētas numerarunt scripta carinas.
 Præsul Pisanus, quem maxima cura trahebat
 Mox ad captivās acies perducere fratres,
 Vela dedit pelago primus, transitque Saladon.
 Hinc ad Dertoræ fluvium pervenit Iberum.
 Hujus militiæ primus quia signa levavit,
 Pisanosque duces tantos animavit in actus,
 Tota sequendo patrē classis comitatur euntem,
 Nongentos equites undosa per æquora portans.
 Replet Iberus aquis classē, solatia pacta
 Cum ducibus proceres firmant, firmataq; jurant.
 Lapsaque jam fuerat paucorum meta dierum,
 Cū dare vela parant ventis Aquilonis essetis.
 Ardua scē postquam sudantes æquora pulsan,
 Lenior ingressas pontum vehit aura carinas,
 Nocte quibus tota cursus dedit illa secundos.
 Sol erat incipiens per iter conscendere cœli,
 Quando Colubram viderunt agmina montem,
 Cui, quibus est plenus, nomen tribuere Colubre.
 Accelerant, latet hic, cū mox saxosa videtur
 Insula, Tyrrhenis quæ circumcingitur undis,
 Spectans Hesperium lapidoso vertice litus:
 Hinc Ebusū, memorant, urbi dedit insula nomen.
 Portus in hoc magnus, Magnum vicinia dicit,
 Qui valet innumeras spatii servare carinas:
 Cernitur Hispanæ de partibus esse Dianæ.
 Hinc tenet illa caput, quod fert sua plaustra
 Bootes,
 Pandit in occidentum dextrum latus insula solem,
 Atque latus reliquum surgentis solis ab axe,
 Quiq; nec occasum, nec prorsus spectat ad Austrū.
 Occiduas finem non recte gestat in horas,
 Cunctaque saxosi cingunt campestria montes.
 Germinat innumeras herbas cū fructibus arvom.

K

Vel

pari sarni Anscuren nbo austros

in d. sarni nbo austros

nibur